



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XII. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad vereignen dem Kloster Mariensee, das auf der Insel Paliz gegründet ist, eine Hebung, die Albero, der Marschall genannt, dem Kloster geschenkt hat, am 16. ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

dem, cum ipsa et eadem parrochia uacauerit, cum iure eciam patronatus, proprietatis titulo perpetuo possidendam, jus eciam omne nostrum, quod in ipsa parrochia hactenus habuimus in ipsos fratres plane et simpliciter transferentes, Accedente nichilominus venerabilium patrum fratris Guidonis, tituli sancti Laurentii in Lucina presbyteri Cardinalis, sedis apostolice tunc legati, ac domini Henrici, Brandenburgensis ecclesie Episcopi, approbacione pariter et consensu, sicut in eorundem super hoc datis autenticis clare liquet. Vt igitur hec nostra pia donacio in perpetuum stabilis perseveret, presentem paginam conscribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari, Adhibitis nichilominus testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec: Johannes prepositus de Stolp, franco canonicus Stendaliensis, et Rodolfus de Stendal nostri capellani, Beteko de Benz, Georgius de kerkowe, Johannes de wozstrowe, milites et alii quam plures. Datum Stolp per manum Heidenrici plebani de Nowen, nostre curie Notarii, anno domini M^o. CC^o. LXVII^o. XVI^o. Kal. maii.

Nach dem Original des K. Geh. Staatsarchives.

XII. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad vereignen dem Kloster Mariensee, das auf der Insel Paliz gegründet ist, eine Hebung, die Albero, der Marschall genannt, dem Kloster geschenkt hat, am 16. April 1267.

Nos Johannes, Otto et Conradus, Dei gratia Brandenburgens Marchiones, recognoscimus et literis presentibus publice protestamur, quod Dominus Albero, dictus Mariscalcus, fidelis noster dilectus, in nostra constitutus presentia recognouit, se dedisse monasterio et fratribus Stagni sancte Marie virginis, in loco qui Paliz dicitur fundato, unum talentum denariorum Brandenburgensium de censu ville Lubechoue ad comparanda luminaria singulis annis dandum pro anime sue remedio et salute. Quam siquidem donationem ab eodem nostro fidele pie factam gratam ac ratam habentes presentis scripti nostri patrocinio confirmamus. Tradentes dicto monasterio et fratribus ad euentiam futurorum hoc presens testimonium literarum sigillorum nostrorum munimine roboratum. Hujus rei testes sunt dominus Johannes, prepositus de Stolp, Heidenricus, plebanus de Nowen, Franco, Canonicus Stendaliensis, Rodolfus de Stendal, nostre curie Cappellani, Johannes de Brunkoue, miles et alii quam plures. Datum Stolp, anno domini M^o. CC^o. LXVII^o. XVI^o. Kal. Maji.

Aus dem nach dem Original des K. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Verdens Cod. II, 407.

NB. Ueber Albero's Familiennamen vgl. S. 211.

XIII. Bischof Heinrich incorporirt einen zur Pfarre in Oderberg gehörigen Hof im Dorfe Niendorf mit 12 Hufen dem Kloster Mariensee, am 16. Dezember 1268.

Henricus, Dei gratia Brandenburgensis ecclesie Episcopus, uniuersis presens scriptum auditoris in salutis auctore salutem. Recognoscimus et presentibus protestamur, quod illustris